

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gula am
cum fonte primo

Inicium uite hominis aqua et panis,

gulosis autem non sufficiunt fructus arborum,
non grana leguminum, non radices herbarum, non pisces maris,
non bestie terre, non aues celi, sed queruntur pigmenta,
parantur aromata et nutriuntur altilia, capiuntur obessa,
que studiose coquantur, ante cocos,
que laute parantur officio ministrorum.

Alius contundit et colat, alius confundit et conficit,
substanciam conuertit in accidens, naturam mutat in artem,
ut saturitas transeat in esuriem, reuocet ad appetitum;
ad irrigandum gulam, non ad sustentandum naturam,
non ad necessitatem supplendam, sed ad auiditatem explendam.

Innocencius de uilitate condicionis humane.

“Inicium uite hominis aqua et panis

et vestimentum et domus protegens turpitudinem” (Eccles. 29:28).

Nunc autem gulosis non sufficiunt fructus arborum,
nec genera leguminum, nec radices herbarum, nec pisces maris,
nec bestie terre, nec aues celi, set querunt pigmenta,
comparant aromata, nutriunt altilia, capiunt obesa,
que studiose coquantur arte cocorum,
que laute parentur officio ministrorum.

Alius contundit et colat, alius confundit et conficit,
substanciam vertit in accidens, naturam mutat in artem,
ut saturitas transeat in esuriem, ut fastidium reuocet appetitum;
ad irritandam gulam, non ad sustentandam naturam;
non ad necessitatem supplendam, set ad auiditatem explendam.

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2.17 (R.E. Lewis ed.,
p.165, ll.1-14).